

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Error i
cum fonte primo

Multis qui in pace ecclesie negligenter uixerant subito errasse et in flagicia aliqua cedidisse profuit dum post casum penitendo erecti uigilancius Domino seruire ceperunt, et qui pigri ac desides in innocencia stare uidebantur per accidentem sibi ruinam ammoniti sunt, solercius erga sui custodiam contra omnes antiqui hostis insidias accingi, ita ut qui nec propriam uitam curando ostenderant, postmodum etiam fraterne salutis cum sua erectione curam gerant.

Beda super Esdram.

Sed et hodie
multis qui in pace ecclesiae neglegenter uixerant subito errasse
et in flagitia aliqua cedidisse profuit dum post casum paenitendo
erecti uigilantius domino seruire coeperunt
et qui pigri ac desides in innocentia stare uidebantur
per accidentem sibi ruinam ammoniti sunt
solertius erga sui custodiam
contra omnes antiqui hostis insidias accingi
ita ut qui nec propriam uitam curando offenderant
postmodum etiam fraternae salutis
cum sua erectione curam gerant.

Beda Venerabilis, *In Ezram et Neemiam libri III.*, 1.4 (CCSL 119A, D. Hurst ed., p.278, ll.1495-1502).